



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XLVII. Markgraf Ludwig d. R. vereignet dem Marienaltar der Pfarrkirche  
Neu-Landsberg's Bede und Dienste von 4 Hufen zu Lorenzdorf, am 28. Mai  
1354.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XLVI. Heinrich von Brederlow, der das Schloß Zantoch gekauft und dem Markgrafen abgetreten hat, bekundet, dafür wiederkäuflich die Hoheheide bei Königsberg empfangen zu haben, am 14. August 1353.

Coram omnibus singulis christi fidelibus presencium noticiam habituris Ego Henricus, dictus de Brederlow, nomine meo, meorum heredum omniumque meorum amicorum, quorum interest vel interessé poterit, publice recognosco, quatenus gracia salubri et favore inclitus princeps, generosus meus dominus, Ludovicus Romanus, marchio Brandenburgensis, michi meisque veris heredibus et amicis contulit mericam prope Konigesberg, que vocatur de hogeheyde, pro septuaginta marcis et XII marcis argenti puri, cum quibus pater meus bone memorie et ego emimus castrum Czantoch, quod dicto meo domino presentavi in verum et legitimum pheidum perpetue possidendum pacifice cum omni jure, omnibus fructibus debitis et consuetis et ut litere ejusdem domini mei Ludovici, Marchionis Brandenburgensis, super ipsam mericam date et tradite, probant et attestantur. Acto ipsi domino meo Ludovico Romano suisque fratribus et heredibus maturo cum consilio et consensu sufficienti meorum amicorum arbitrium, auctoritatem et potestatem talem dedi et do libere in presenti, si predictam mericam a me meisque successoribus recomparare vel reemere voluerit per pecuniam prius dictam reemendo ipsam mericam, quando-cunque ipsis placuerit, habeat liberam facultatem. In cujus etc. Datum Nürenberg, anno MCCC LIII, in vigilia assumptionis marie virginis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 174.

XLVII. Markgraf Ludwig d. R. verzeignet dem Marienaltar der Pfarrkirche Neu-Landsberg's Bede und Dienste von 4 Hufen zu Lorenzdorf, am 28. Mai 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. divine remunerationis intuitu damus et solempni donatione donamus precariam denariorum, frumenti et carniarum cum servicio curruum super III mansis, in villa lorenzstorp sitis, ad altare beate marie virginis in ecclesia parochiali opidi nostre nove Landesberg situatum, in quo prima missa dietim consueta debet celebrari tempore matutino, sic quod premissa precaria et servicium curruum super dietis IV mansis cum omni jure, gracia, utilitate, commodo et honore, ad eam precariam et servicium curruum pertinentibus ex debito, consuetudine et ex jure, debent ad prefatum altare justo proprietatis titulo pertinere pacifice et quiete temporum curfibus sempiternis. Renunciantes etc. presentibus Kokeritz, Wantshleve, Alvensleve, Trutenberg, militibus, Johanne de Wedel, Bismarke. Datum Konnigesberg, Anno MCCC LIII, feria quarta in octava ascensionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 173.